



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

20. Colloquium Christi nocturnum cum Nicodemo de regeneratione ex
aqua & Spiritu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 20. Colloquium Christi nocturnum cum Nicodemo de regeneratione ex
aqua & Spiritu. Iohā. Cap. 3. * 19.

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

ERat aut̄ homo ex Phariseis, Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scim⁹ quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere que tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amē, amen dico tibi, nisi quis natus fuit denuo, nō potest videre regnū Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, cū sit senex? nūquid potest in ventrem matris sue iterū introire, & nasci? Respondit Iesus, Amen, amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, nō potest introire in Regnum Dei. quod natū est ex carne, caro est: & quod natū est ex Spiritu, spiritus est. nō mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat, & quō vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es Magister in Israël, & hæc ignoras? Amen, amē dico tibi, quia quod scim⁹ loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis, & nō creditis: quomodo si dixerō vobis celestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet Filiū hominis, vt omnis qui credit in ipsum, nō pereat, sed habeat vitā æternam. Sic enim Deus dilexit mundū, vt Filiū suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas,

S. Iohannes,

credit in eū, nō pereat, sed habeat vitam æternā. Nō enim misit Deus Filiū suum in mundū, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mūdus per ipsum. Qui credit in eū, nō iudicatur qui aut nō credit, iam iudicatus est: quia nō credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est aut iudiciū: quia lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucē: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucē, & nō venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. qui aut facit veritatē, venit ad lucem, vt manifestet̄ur opera eius, quia in Deo sunt facta. * 21.

CAP. 21. Iohannes Baptista iterū de Christo testatur ad reprimendam discipulorum suorum amulationem inde ortam, quōd Christus plures baptizaret per discipulos, q̄ Iohannes. Iohan. 3. * 20.

S. Mattheus.

S. Marcus,

S. Lucas,

Post hæc vēnit Iesus & Discipuli eius in Iudæā terrā, & illic demorabatur cū eis, & baptizabat. Erat aut & Iohānes baptizās in Ænon iuxta Salim: quia aque multæ erāt illic, & veniebāt, & baptizabātur. Nondum enim missus fuerat Iohānes in carcerē. Facta est autē quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum. Respondit Iohannes & dixit, Non potest homo accipere quicquā, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis, quōd dixerim, Non sum ego Christus: sed quia missus sum

D 2

ante